¶ Tertio ait Collector, ꝙ pariter per facultatem Prædicatorum poſſunt dicti Religioſi, et eorum domus, et Eccleſię, et alia loca frui omnibus priuilegiis Mendicantium, et aliorum quoruncunque Ordinum, congregationũ, et confraternitatum Fratribus et perſonis, Eccleſiis, et Monaſteriis, domibus, et oratoriis, et aliis piis locis, per Iulium. 3. ſuoſque prędeceſſores conceſſis. Ita conceſſit Iulius. 3. Ordini Prædicatorum, prout in eorum libro continetur. fol. 209. pag. 2. et ſequen.

¶ Aduertit quarto, ꝙ vt gratijs ſupra dictis et priuilegiis poſſit Societas Ieſu vti, opus eſt, ne inſtituto Societatis, et voluntati ac beneplacito Prępoſiti Generalis, ſeu de putatarum perſonarum, refragentur.

¶ Gregorius. 13 Romæ apud Sanctum Petrum, ſub anulo Piſcatoris die. 3. Maii anni Domini. 1575. Pontificatus ſui anno tertio, amplam etiam conceſſit priuilegiorum communicationem Euerardo tunc Prępoſito Generali Societatis, et pro tem pore exiſtenti Prępoſito Generali, quod illi et Societas huiuſmodi omnibus, et ſingulis priuilegiis, in munitatibus, exemptionibus, facultatibus, conceſſionibus, indultis, indulgentiis, remiſſionibus, gratiis,